

F. K. 79

X 2047320

Z 6  
359

V. 138.

V. Einfeld.

JOHANNES  
ACADEMIAE  
CIVIBUS

BIBLIOTHECA  
ANAVAVICINA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALL  
(SALZ)

R E C T O R  
 ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS,  
**JOHANNES DE ZSCHMAYN**  
 SS. Theol. Doct. Prof. Publ. & Alumnorum Electoralium Ephorus,  
 Civibus Academicis.

S. P. D.



Quod Pericles quondam, erectus planè & in nullo laudis genere mediocris vir, in funere dicturus, rectè atque graviter censuit, eorum præcipuè virtutes esse celebrandas, qui res post hominum memoriam maximas gessissent, & bene de patria meriti, pulchram honestamque mortem oppetiissent: id rectissimi verò exempli est, & nunc etiam usu venire optimis solet. Præterquam enim quòd familiæ nomine dignitateque illustres ingens ex tali obitu damnum capiunt, patriæ quoque eâ ex re luctus affertur, ac eò quidem acerbior, quòd fortuna publica est potior, quæ cum caritates omnium complectitur, tum salute omnium continetur. Non mole, quam dejicere, tempestas possit, sed consiliis, quæ prosperis adversisque rebus valeant, & corpus per se fluxum ac instabile firment, innixa, ac suis ipsa præfidiis tuta munitaque adeò, ut qui ea jus administrandæ viam ingrediuntur, iis ad summam operum meritorumque gloriam nil deesse possit. Quam famam unus ante alios consecutus est Illustris atque Excellentissimus Patriæ Senator, DOMINUS HENRICUS HILDEBRANDUS de EINSIEDEL, Dynasta Scharffensteinii, atque clientelarum Weisbachii & Lumpzigii hæres, in Consilio provocationum princeps, & Serenissimi Potentissimique Electoris Saxonie Consiliarius sanctior, heros in togâ, omnibus vitæ partibus absolutus perfectusque. Nam sive de republica sententias diceret, sive de rebus arduis statueret, ratione atque animo exquisitissimè omnia perpendebat, ac sine odio atque amore judicabat. Publicè testatus, quanta justitiæ religio, quanta veritatis vis in divino cælestique ejus animo inesset, qui nullum tempus à curis publicis vacuum duceret, & paratus instructusque semper ad negotia veniret. Uteunque enim, meritis par fortuna contigit, nullæ tamen laudes, neque exquisitissimæ, suffecturæ sunt, & virtus omnibus expleta numeris non magis in ore nostro, quam sermone posteritatis suum cuique decus procul studio rependentis versabitur. Labores & suscepit maximos, & cum dignitate sustinuit, nulli commodo intentus, nisi Patriæ Principisque interesset. Nil conatus est, quod non egregiè perficeret, nil inchoavit, quod non promptè consequeretur. Nam cum totum se Deo reique publicæ impendisset, tum ex fide muneris nil prætermisit, & contra casus ratione consilioque firmatus, omnia privata emolumenta, valetudinemque ipsam rerum sibi creditarum administrationi posthabuit. Quod nisi omnibus notum testatumque esset, publicis argumentis, quibus neque clarius, neque illustrius aliquid inveniatis, doceri copiosè possit. Pietatem summam, merita in omni genere cumulatisima, constantiam moderationemque incredibilem, tanquam suas virtutes dilexit & coluit, nunquam incertus sui, si gravissimas fori controversias expediret, nunquam suspensus, si Principem consiliis adjuvaret, nunquam perturbatus, si molestias laboresque pro republica susciperet, nullo denique errore animi impeditus, si prudentiam judiciumque adhiberet, propterea quòd indolis suæ bonitate longoque usu & rerum peritia firmus, semper secum esset, & quòd intenderet, eò nulla in laudis mediocritate consistens, perveniret. Nec Saxonia tantum, cujus honori præclare ac splendide serviebat, sed Germania etiam, cujus in equestri Ordine excellens atque summum decus fuerat, ingenii vim atque excelsas dotes mirata, pleno ore sæpe ac diligenter & merito Divum EINSIEDELIUM laudavit. Plura restant, si ordine omnia exponenda sunt, quanquam ne memoriâ quidem nostrâ omnes ejus laudes comprehendi possunt, qui unde cœpit, ibi non constitit, sed cursum gloriæ eundem, nusquam de statu suo declinans tenuit, atque imagines non inani ostentatione, sed lumine virtutis atque ingenii illustravit, Muciano illi Romanorum non similis modo, sed certè major, qui cum summa juris scientia summas atque selectissimas reipublicæ regendæ artes conjunxerat, & omnes rationes consiliaque sua ad honorem patriæ contulerat, cujusque virile dicendi genus, sanctissimæque instituta velut cœlo demissa, animo exceperat EINSIEDELIUS, & pari diligentia fideque custodiverat. Quæ sempiterna ornamenta sunt, quorum expressas imagines Dresda quotidiè intuetur, & sanctissimus Principis senatus reputat subinde atque recolligit, crepta dolens, quorum ante fructus jucundissimus constabat. Cæteri ordines neque in eo amando, cum viveret, neque in lugendo nunc cuiquam concedunt, neque mentem animumque ab expertæ virtutis constantiaque ipsius desiderio, quod sanè tristissimum quoque huic Academiae reliquit, revocare possunt. In quo plus amiserunt, quam unquam sperarunt, qui confecto jam mortalitatis curriculo, in fide atque amicitia servatoris sui, ac cœlestium amplexu conquiescit. Quod in tantum nobis grave est atque luctuosum, in quantum EINSIEDELI præsidio, his præcipuè miseris temporibus, orbatî sumus, ut sic quoque cuilibet satis hæc magna ad publicum dolorem testandum occasio esse possit. Quamobrem summo ejus nomini & sanctissimæ recordationi tribuendum duxit Consultissimus Amplissimusque Vir DN. GODOFREDUS STRAUSSIUS, Phil. & J. V. D. atque institutionum Professor Publicus diligentissimè merens, & Senatus juridici Electoralis, Ordinisque sui Assessor magnopere laudandus, Collega noster singulariter dilectus, ut justis superiori anno factis pietatis suæ cumulus accederet. Eo consilio eras ab hora IX. disertam & gravem orationem recitaturus in auditorio majori est. Quod propositum consecuturo non mediocriter voluntatem studiumque nostrum probavimus, cum quia id cum summa Generosissimi EINSIEDELI veneratione conjunctum est, tum quia justum est excelsas virtutes sempiternæ memoriæ commendari. Vos autem, CIVES, omnes atque singulos jubemus, ut frequentissimi, & eâ quidem die, qua ante annum tumulo majorum illatus est, aditis, & divi huius Viri illustre exemplum imitantes, haud mortalia caducaque bona comparanda esse vobis sciatis. PP. Sub sigillo Academiae Dom III. post Epiph. A. Cl. Ico LXXVII.



Lb 359. FK.

F.K. 79

X207402X

Z6  
359

V. 138.

V. Einfiel.

JOHANNES DEES  
ACADEMIAE WITTEBERGENSIS  
SECRETOR

[Faint mirrored text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through or ghosting.]



VOP






LECTOR  
 WITTENBERGENSI  
 DE IZSCH  
 Alumnorum Electoralium E  
 us Academicis.

S. P. D.

is genere mediocris vir, in funere dicturus,  
 rimas gestissent, & bene de patria meriti, pulchram hor  
 nim quod familiae nomine dignitateque illustres inger  
 or, quae cum caritates omnium complectitur, tum sal  
 nt, & corpus per se fluxum ac instabile firment, innix  
 orumque gloriam nil deesse possit. Quam famam ur  
 RANDUS de EINSIEDEL, Dynasta Scharff  
 imique Electoris Saxoniae Consiliarius sanctior, heros i  
 mo exquisitissime omnia perpendebat, ac sine odio a  
 pus a curis publicis vacuum duceret, & paratus instru  
 virtus omnibus expleta numeris non magis in ore nos  
 nit, nulli commodo intentus, nisi Patriae Principisque  
 cae impendisset, tum ex fide muneris nil praetermisit, &  
 Quod nisi omnibus notum testatumque esset, publicis  
 latissima, constantiam moderationemque incredibile  
 iliis adjuvaret, nunquam perturbatus, si molestias labo  
 rate longoque usu & rerum peritia firmus, semper sec  
 serviebat, sed Germania etiam, cuius in equestri Ordine  
 ELIUM laudavit. Plura restant, si ordine omnia e  
 gloriæ eundem, nusquam de statu suo declinans tenui  
 tate major, qui cum summa juris scientia summas atque  
 nus, sanctissimaque instituta velut caelo demissa, anim  
 da quotidie intuetur, & sanctissimus Principis senatus  
 nt, neque in lugendo nunc cuiquam concedunt, neque  
 nt. In quo plus amiserunt, quam unquam sperarunt  
 ve est atque luctuosum, in quantum EINSIEDELI pr  
 ssit. Quamobrem summo ejus nomini & sanctissimae  
 tionum Professor Publicus diligentissime merens, &  
 pietatis suae cumulus accederet. Eo consilio eras ab



, eorum præci  
 d rectissimi verò ex  
 patriæ quoque eâ ex  
 ole, quam de jicere  
 que adeò, ut qui es  
 s atque Excellentis  
 bachii & Lumpzigii  
 olutus perfectusque.  
 estatus, quanta justis  
 . Uteunque enim  
 m cuique decus pro  
 non egregie perfec  
 rmatum, omnia priva  
 , neque illustrius ali  
 coluit, nunquam in  
 illo denique errore  
 alla in laudis medio  
 fuerat, ingenii vim  
 noriâ quidem nostrâ  
 atione, sed lumine  
 artes conjunxerat, &  
 & pari diligentia fide  
 epta dolens, quorum  
 virtutis constantiaque  
 iculo, in fide atque a  
 oribus, orbatî sumus,  
 nsultissimus Ampliss  
 isque sui Assessor ma  
 onem recitaturus in

iumque nostrum probavimus, cum quia id eum summa Generosissimi EINSIEDELI veneratione conjun  
 os autem, CIVES, omnes atque singulos jubemus, ut frequentissimi, & eâ quidem die, quae ante annum tumulo  
 aducaeque bona comparanda esse vobis sciatis. PP. Sub sigillo Academiae Dom III. post Epiph. A. cl. l. c. LXXVII.